

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Anders Berg Johann Peter Kohl

**Exercitium Academicum De Hodierna Sentiendi Circa Sacra Libertate In
Germania**

Rostochii: Weppling, 1721

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn827882424>

Druck Freier  Zugang



19

Q. D. B. V.
EXERCITIUM ACADEMICUM
DE
**HODIERNA SENTI-
ENDI CIRCA SACRA
LIBERTATE IN
GERMANIA,**

QUOD
CONSENTIENTE
AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
Sub

PRÆSIDIO
DN. ANDREÆ BERGII,
PHILOSOPHIÆ nec non ARTIUM LIBERALIUM DOCTORIS INCLUTI & CELEBERRIMI, DOM. FAUTORIS, STUDIORUMQUE SUORUM PROMOTORIS OMNI OBSERVANTIAE & HONORIS CULTU NUNQUAM NON PROSEQUENDI

In
Illustr. Mecklenburgensis ad VARNUM
Academiæ Auditorio maximo, d. 21. Jun.

An. M. DCC. XXI. publicæ uentilationi

exponit

JO. PET. KOHLIUS, Phil. & S. S. Theal. Stud.

Kilonienf. Holst. AUCTOR.

STOCHII, Typis Joh. Wepplingi, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

D. 130. 19.





בשׁ יהוה



N ea incidimus tempora, qvæ, ut in multis eximia rerum felicitate se commendant, sic gravi pariter calamitate varie premuntur. Felicia utique dixeris, qvod & divinæ veritatis, multis retro temporibus involuta tenebris & offusca- ta lux nitidissime jam effulgeat, huma- næque scientiæ, olim inchoatæ licet, non tamen perfectæ, ho- die ad summum ferme, quo adsurgere possunt, amplitudinis gradum, euectæ esse videantur. (4)

Eadem infelicia audiunt tempora, si horrenda illa opinio- num portenta, si effrenatam scribendi libidinem, si euagatam denique nimisque late eheu! exspatiantem dicendi ac cogitan- di licentiam spectemus, ut cñm TERENTIO queri debea- mus in *Adelph.* a. 3. sc. 4. *Nimia istæ licentia projecto evadet in aliquod magnum malum*: Nam si ullum unquam fuit seculum errorum feracissimum, enim uero hoc nostrum est; quo ni- mium intelligendo nil intelligentes homines, quæ somniant cogitant, quæ cogitant, credunt, quæ credunt, effutiunt, quæ effutiunt, scribunt, quæ scribunt, impudentissime defendere conantur; verbo ineptiunt. Hem nostri hodierni tantum non omnes *Politici*! quo supra vulgus sapere, si Diis placet, videan- tur, disruptis legum vinculis, eo proruunt, ut summa imis, tar- tara cœlo miscere, certissima quæque in dubium vocare, de- bilitare, destruere, non erubescant. Multi tam projectæ effu- sæq; sunt audaciæ, tam stolidæ arrogantiae, ut quod suo tempo- re, quondam *Theodoreus* scripsit, ἡνὶς εἶναι δογμάτων διαφορὰν ἀλ- λὰ μάλα τὸ εἶναι, audacter satis garriant: quid frequentius ore clamitant, schedisque suis divulgant, quam omnem in hoc or- be religionem, acceptam DEO, hominibus salutiferam dici

A 2

oportere §

oportere f^t quid collectis undique uiribus studiosius perse-
 quuntur, quam ut uetus illud uerbum quod dici solet: *Loque-
 re cum præsent^e, senti cum antiquo seculo*, conuellant, idque nt vul-
 gare infraque dignitatem suam positum rejicant. Neque
 mirandum est adeo, si, quos neque ratio nec oratio monet
 mouet ulla, sed sola ambitio regit, tam profligate tamq; te-
 mere de rebus humanis pariter ac diuinis sentiant ac loquan-
 tur. Quid? decantatum illum Fanaticorum, quem liberum
 uocant *spiritum* (b) per artificiosam μεμφύχωσιν quandam,
 audacem hunc libertinorum ordinem ingressum fascinasse,
 easque quas de *DEO*, *Religione*, *Spiritibus*, aliisque doctrinæ
 capitibus, fingunt opiniones, singulas suggestissime, pene dixerim.
 Enimuero si quis ullibi *liber* hicce *spiritus* existit, in hujus fur-
 furis hominum malesanis præcordiis existit. *Liber* est, quod
 non intra certa doctrinæ capita se contineat, sed potius in
 omnia quæ uera diuinaque dicuntur, excurrat: *liber*, quod
 minime circumspette, sed improvide ac temere omnia agat;
liber denique, quod non unam alteramque prouinciam, sed
 totum fere terrarum orbem mira quadam celeritate peruase-
 rit. Quo autem damnabilius latiusque serpens hoc crimen est,
 eo magis memet operæ pretium facturū crediderim, si de inter-
 necino hoc malo, cum exercitii tum officii Chriftiani cauſa,
 paucis disleruero. Noui equidem non defuisse, qui in hoc uol-
 uendo saxo fuere industrii, quales sunt uiri longe supra no-
 stram laudem positi, B. D. FECHTIUS, Dn. WERNSDOR-
 FIUS, & Magnus noster WEIDNERUS, aliique, quibus opta-
 ta cessit felicitate insumtus labor exhaustiendæ ejiciendiæ que
 ex cœtu Christi pernicioſæ hujus sentinæ Reipublicæ, fundi-
 que nostri calamitati depellendæ. Nos tamen eo secius aetum
 agere eademque chorda oberrare uidebimus, quo magis ar-
 gumenti tractatio resque ipsa loquatur, in eo nos occupari,
 non ut cum aliis, de *indifferentismo speciali*, sed *generali*, non de
libertinismi ortu in genere considerato, sed de *illis in Germania*
 origine, non de *antiquioribus*, quorum deliria jamdudum in
 fumum

tum abierunt, sed de *recens exortis*, uel si maius, de nupero & negotio partu, quem in cunis ad primum vagitum enetum fuisse, quis non optaret? potissimum agamus; nouos subinde errores hominum ejusdem furfuris ac farinæ, examini subjecturi.

(a) uid. TASSONIUM lib. 13. opp. sub titulo *pensieri diversi*. BERNARD. *nouelles de la République de lettres*. probat hoc luculenter quoq; WOTTON dans le saior, des anciens & modernes.

(b) conf. de hoc summe reuerendi Viri Da. D. HENRIC. ASCAN. ENGELKENII disputat. de *Justificatione hic habitam anno 1713.*

§. II.

De natalibus igitur sentiendi in Germania libertatis, priusquam uerba faciamus, ut ordinis obseruemus leges, per eam quid intelligamus, breuibus monendum est. ANTONIUS COLLINUS Eques Anglus, & celebris *Libertinus* (fréethinker) amicus famosissimi JO. TOLANDI (a) acerrimus *Libertinismi* defensor, definit per i' usage qu' il est permis de faire de son esprit pour tacher de decouvrir le sens de QUELQUE PROPOSITION QUE CE PUISSE ETRE, en pesant l'evidence des raisons qui l'apu rent ou qui la combatent a fin d'en porter son jugement selon qu' elles paroissent auoir plus ou moins de force. Alii alias definitio num fumos uendunt. Nos pro complexu enormium errorum, heritatem diuinam fastidientium, hodieque Alemanniam nosiram turbantium, acceptam uolumus, ita ut *libertinismum*, *indifferentismum* latissime sumtum, *religionem rationalem*, germanice die Freygeisterey, *religionem item politicam*, pro æquivalentibus agnoscat. Prout enim *indifferentissimus* strictiori in sensu religionum est uel omnium uel certe plurimarum, temeraria approbatio (b), sic latiori significatu, pro quaunque senteydi *libertate* identidem usurpari suevit (c). *Libertatem* sentiendi eam quoque ob causam uocaueris, quod impudentissima quādam audacia ad divinissima destruenda oracula libere se exten dat

dat, omniq[ue] deposito pudore ac uercundia, impune quæ
uis sentire sustineat. *Indifferentissimi* nomine non immerito
insignitur; præterquam enim quod eruditos jamdiu habueri-
mus nobiscum consentientes, accedit, & uocis hujus etymolo-
giam hanc admittere acceptio[n]em. *Indifferentissimi* enim uo-
cabulum, cuius quidem puritatis uindicias agere in præsens
nec licet nec libet, descendit sine dubio ex adjectiuo *indifferens*,
significante id, quod neque bonum neque malum est, græce
άδια Φόρον. *Indifferentissimus* igitur est qui inter bonas malas-
que opinione[s] non multum discriminis ponit, cum idem illi
sit cuicunque demum religioni fuerit addictus, quacunque
sententia gaudeat; talis hæresis inquam, qua imprudenter &
ut Angli dicunt, *without caring much for it*, æque facile in per-
uersam ac contagiosam, quam ueram securamque sentiendi
rationem irruimus. Neque hæc *indifferentismi* uox arctis
duntaxat *Fanaticorum* limitibus circumclauditur, sed ad re-
liquos simili errorum peste correptos, *atheos*, *scepticos* &c.
similiter pertinet. Dicitur *electiva* (ναὶ Ψιώδες) quia ex
omnibus religionum generibus optima sibi uisa, uel sanio-
ribus pessima, eligat. Dicitur & *religio prudentum* & *eruditio-*
rum, quod nomen sibi ipsis imposuerunt illius sectarii, quia
omnes, certis religionibus deditos, pro stultis, ac stipitiibus,
se solos sapientes reputant, *Uid. B. D. FECHT. p. 29. in*
Histor. & Examine Nouæ Thologie Indifferentistica, superiori mense
a patrissante filio edita heic Rostoch: ibidem addit, hanc nomeclatu-
ram in Gallia potissimum inualuisse, ubi indifferentistæ se ipsis
uocant degrues, quasi minime grues & stupidos, quippe qui
emunctoris naris sint, quam ut imponi sibi patiantur a fa-
tuis religionistis, itemque les esprits forts: die einen grossen
Geist haben, und sich von den einfältigen Religionairen nicht
hinters Licht führen lassen. Dicitur denique **MACHIA-**
UELLANA, **GROTIANA**, **HOBESIANA** **LUCIA-**
NÆA, animia sentiendi libertate, quam hi præsertim uiri
hac gangræna correpti, souerunt. Unde simul patet, hanc
circa sacra sentiendi libertatem, hunc indifferentismum, omnes,
quæ

quæ uel excogitatae jam sunt, uel in posterum excogitari pos-
sunt, hæreticas inuoluere opiniones.

(a) est is JOH. TOLANDVS Hibernus, celebris non minus Liber-
tinus, ad euertenda Christianismi sacra natus, multisque jam pugnis, seu cla-
dibus potius notus: confer de eo JO. LAURENT. MOSHEIMII in Patria
Kiloniensi Academia cum laude jam docentis, Vindicias antiquæ Christianorum
disciplina aduersus JOH. TOLANDI Nazarenum, Kilonij 1720. in 4to. Cæ-
terum refutarunt eum quoque JAC. FAYUS, ELIAS BENOIST, JO. FRAN-
CISC. BLIDDELLIS in Thesibus de atheismo & superstitione: THOM. MAN-
GET, JACOBUS PATERSONIIS in libro. f. t. Antinazarenus or Remarks
upon Nazarenus 1718. in 8. It. THOM. BRETT, in libr. f. t., Tradition ne-
cessary to explain and interpret the holy Scriptures.

(b) Vid. B. D. FECHTILM in Exam. indifferent. Cap. I. & Dn.
WERNSDORFIUM: in tractat. de indiffer.

(c) conf. aa. Der unschuld. Nachricht. auf das Jahr 1721.
p. m. 4.

§. III.

Atque hic sentiendi indifferentismus dimidio fere abhinc
seculo Alemanniæ nostræ cum ignotus tum infestus, Papicolas
& Calvinianos solum fascinauerat. Jam uero eheu ! eo mali-
tiæ res nostræ infausta imitatione degenerarunt, ut non pri-
uatorum duntaxat, uerum etiam purpuratorum corda occu-
pauerit, ut merito hic cum Horatio queramur :

Damnosa quid non imminuit dies ?

Ætas parentum pejor auis ; tulit

Nos nequiores , mox datus

Progeniem uitiosiorem. (a)

Erat olim tempus , quum pro religione ueritateque,
tanquam pro aris & focis, pugnaretur , ac uel latum unguem
a fidei pietatisque religione discedere, religioni homines du-
cebant; nostro autem seculo , cum stramineo, ut ita loquar,
comparando, remissior sacrorum ac negligens cura, religionis
contemptus , impietas , perfidia , astutia, fraus, ueritatis op-
pressio , paucis , indifferentismus , ubique locorum longe late-
que dominatur. Nam ut reliquis cum rebus mortalium com-

paratum

paratum esse uidemus, ut a teneris incipientes initij in manus quotidie excrescant, sic quæ angustis antea tenebatur terminis, *politica religio*, in tam ampla hodie excucurrit spatia, ut iisdem jam, quibus Germania yicis ac urbibus, contermineatur. Quæreris jam? quomodo monstrum hocce religionis in Germaniam nostram *op̄. Ged. Z̄ias* & studiosam & tenacem, irrepserit, tamque altas heic radices egerit? principes inter caussas referimus incautam librorum, ab hominibus hæresis *labe infectis, conscriptorum, lectionem*, quales sunt POSTELLI, PUCCII, PARACELSI, BÆLII, CORNEL. AGRIPPÆ, CARTHESII, SPINOZÆ, BROWNY, ED. HERBERTI de CHERBURY, PETR. POIRETI, F. M. VAYERII, BEVERLANDI, COLLINI, TOLANDI, ac similiūm nocentissima scripta. Absit tamen per omnem modum eo progredi uesaniae, ut horrendam JO. BAPTISTÆ RIVIERE in libr. *Französischer Glaubens-Krieg erweckt durch die Bulla unigenitus*, p. 85. opinionem admittamus, quasi *re indifferentismi* ortus s. s. bibliorum deberetur lectioni, qua quidem ratione distinctio illa probatissima inter id quod *per se* & *per accidens* fit, imperito admodum modo tolleretur. conf. aa. *Der unschuld. Nachricht.* 1718. p. 492. seq. ; de suspectis uero eiusmodi & inquinatis libris, plusquam uerum esse largimur. Et enim credi uix potest, quantum ad decipiendoshominum animos prauisque opinionibus imbuedos, illi faciant: multum noxia colloquia: multum flagitiosa sodalitia: maxime omnium corrupti libri nocent; quæ enim res tantum oculis & auribus accipiuntur, citissime plerumque auolant, at quæ scripta sunt, quia saepius attentiusque legi ac relegi possunt, altius memoriae animoque insiguntur. Neque parum incrementi huc adfert multorum ille pruritus, cupidoque nouarum rerum (b). Non pauci nescio quibus intemperiis abrepti, antiqua quæuis sic fastidiunt, ut nouitates absurdissimas a pietateque remotissimas licet, assidue se&tentur, propense amplectantur. Proinde si quando in illa incident scripta quæ periculosam quandam raritatemp̄e ferunt, illico laudant

dant, emunt, circumferunt, legunt, omneque illud tempus, quod eorum in lectione ponunt, bellissime collocatum arbitrantur: detinet illos hic inde insparsum sal & fel, oblectat libera, & ad genium profani seculi, probe accommodata scriptio, nescientes anguem sub herba latere, fibique pestifera perque integrum uitæ curriculum nocitura dogmata sensim sensimque instillari. Hos tam præposteros ac nunquam satis deplorandos seculi mores acutus quidam *Anglus*, BUTTLE-RUS ingeniose ita expressit:

*T' extreams of glory and of shame
Like East and West be come to same.
No Indians Prince hat to his Pallace
More follow'rs than a Thief to th' Gallows.*

quod ita latine redderes: *Extrema gloria infamiaque pervinde atque Eurus & Zephyrus aquo a se interuallo distant. Nec habet ipse Indorum Rex plures ad palatium se comitantes, quam ad patibulum fur.* Præter libros damnabiles in Germaniam transportatos auideque a nostris lectos, *indifferentismum* in has terras introduxere quoque instituta cum aliis, alienæ a nobis fidei hominibus, commercia, suscep*tæque* eodem, uel a nobilibus vel ab aliis, peregrinationes, qua re ut nihil ad artes mores que poliendos aptius, ita ad impietatem, prauamque consuetudinem invehendam accommodatus esse solet: sic I. Reg. XI, v. 2, 3. *integerimum alias SALOMONEM REGEM*, per commercia olim cum feminis populisque paganis inita, idolatriæ peste tuisse tactum, legimus. Quotus quisque exteris uitatum proficiscitur regiones, qui, si perito pioque uiæ duce careat, & ipse firmis fidei religionisque fundamentis destituatur, elegantiae morum acquirendæ loco, monstro similes opinione*s*, mentemque hæresium labi affectam, non reportet? quas quidem hæreses postea ceu arcana politica, tentas, passimque disseminatas, non prius anima ipsa saepenumero

numero deponnit. Bone DEUS! quot sunt uel inter nostros theologos doctores, scientiarum gloria conspicuos, qui suis in Italiā, Galliā, Angliā, Belgii ac aliorū, institutis itineribus, ea sententiarum uenena imbibere, quae si abfuissent, longe felicius de religione nostra, transmarinam eruditionem in multis abominante, deque tota Germania, ageretur. Jam quantum nostræ in exterorum regiones, tantum & horum in nostras, peregrinationes, huic contribuunt. Conjectu quippe facile est, eos, qui superiori seculo ut AGRIPPA, LIPSIUS, GROTIUS, CARTESIUS, LOCKIUS, &c. qui-que nostris temporibus Germaniā nostrā aut inuisēdi aut explorandi gratia peragrarunt, multa hæresis suæ semina ubique locorum sparsisse, ex quibus postea enatis, non potuit non exitiosa messis colligi. Neque uero non erroneam hanc luem auxit ambitiosa quorundam nimisque auida incla-
rescendi cupiditas, qua quidem ad excœcandos pelliciendosque animos mortalium nihil valentius, nihil ad eosdem in deuia rapiendos nocentius, fingi aut excogitari posse, luculenter ostendit BAIERUS in tractat. de ambitione hæresis caussa, & PINDARUS ille, excellens poëta gracis, cum inquit: Αὶ (δι) Φερῶν ταξιδιῶν παρέπλαι γένεται τὸ φόρον. Plurimum incrementi huic quoque conciliavit præjudicium ignorantia, quo laborantes complures, quum manibus illotis, rebus sacris uel docendis uel explicandis se immisceant, alienamque in messem talcem mittant, quid nisi indifferentismus sentiendi, quid nisi cogitandi libertas, potuit enasci? maxime dum sacros pandectas eadem qua Justinianæ forte libertate ac dicacitate interpretari, hoc est, peruertere ac profanare turpiter audent. Grauissima uero quæque primo loco a nobis assignari debuit, indifferentismi, ut ubique, ita in Germania, caussa omnino est impurus & mendax spiritus, genius ille infernalis, qui, ut in primos parentes nostros omne suum virus euomuit effuditque ita- &

& hodiè in se nilquicquam desiderari patitur , quod ad deludendos eorum posteros suisque retibus illaqueandos , quoquo modo spectat ; quod cum ita sit , quis quæso cacodæmonem , mendaciorum patrem & originem , otiosum heic finigeret ? Accedit denique perditissimus eorum mos , quem insanabile cacoëtes potius dixeris , qui postpositis Scripturæ oraculis ex ratione sua imbecillissima s.s. dogmata indagare & dijudicare gestiunt , quos exemplo suo damnabili plurimis nocentes , *indifferentismi* in Germania auctoribus jure merito accensueris .

(a) Lib. III. Carminum oda VI.

(b) Vid. Gravissimi Dni PRÆSIDIS Disputat. de Historia Religionis Christiana in Svecia , præf. p. 2 , superiori anno heic habitam .

S. IV.

Nisi probitas & æquitas animum pellerent & quasi repugnantem expugnarent , quippe scapham scapham dicere necesse est , alto sepelirem silentio , uirum Politicum cui nomen a diffidentia est , uirum ut muneris dignitate doctrinæ que politicæ splendore nemini , ita *Christiano* candore , plurimis cedentem . Qvumque modestia nostra major sit quam ut in tantum uirum inuehi illiusque celebritati nominis detractum quidquam cupiamus , ea , quorum uacaret culpa , illi affingendo : nostrarum esse partium duximus , dextre aperenteque id , cujus illum incusamus , euincere . Prolixiora licet , dignissima tamen sunt verba celeberr. innocentium relationum collectorum , quæ hoc transcribantur . *Dass wir nicht erwehnen von so vielen beweinens würdigen Rissen die man jetzt in den Mauren des Evangelischen Jerusalem , sehen muss: so wollen wir nur gedencken des grausamen Ärgernisses , so bey 10 Jahren her vielen hundert Christen durch so viele Gott- und lieb-lose char- teven gegeben worden , davon alle Buchläden unsers Evangelischen Deutschlandes erfüllt sind. O wie Glückselig waren wir vor 20.*

B 2

Jahren

Fahren da man von solcher schändlichen Licenz wenig oder nichts wusste und mit Erstaunung anhörte vwas vor Unheil das Ungemessene Bücher schreiben durch viele atheistische und Fanatische Schriften, in dem all zu freien Hollande anrichtete; Wir hörten mit grauen von einem Spinoza, Acosta, Beuerland, Hobbes, Houtuyn, und ihren Schriften reden. Nun mehr ist es, Gott sey es geklagt! so weit kommen, dass das Holländische Samaria gegen das Evangelische Teutsche Jerusalem fromm worden ist. Denn es haben es ja einige Licht scheuende Kinder der Finsterniss bishero ärger als jene gemacht, und ist hier nechst die Zahl der ärgerlichen teutschen Schriften bishero in proportion viel häufiger, als jene worden.

NB. Gott bekehre den Weltbekanten und seinem theuren Vater ganz ungleichen Politicum, der durch öffentliche Schriften meisten theils den Anfang hie zu gemacht, und grosse Herrn und hohe Bediente durch seine glatte Schreibart beredet hat, es muss, wenn die eruditio bey uns wie in Holland steigen sollte, der indifferentismus sentiendi in Schriften eingeführet werden. Gott gebe ihm, wo er es noch annehmen will, reuig zu erkennen, vwas vor Unheil er durch diesen Abitophelischen Raht angerichtet hat. uid. Undschuld Nachricht, auf das Jahr 1701. in prafat. p. 3, 4.

§. V.

Potissimum, indifferentismi in Germania exorti, caussis expositis, superest ut de iis, quæ eundem uel fouerunt vel conservarunt, tribus, ut ajunt, moneamus. Si dicendum quod res est, plurimum alimenti atque incrementi sua indulgentia huic dederunt, qui clauum fascesque imperii tenent; quorum connuentiam eo deploramus dolentius, quo opportunius maturiusque huic incommodo interdictis & consiliis anteuertere potuissent. Justo quoque remissius ac negligentius, doctores universitatum, gymnasiorum, scholarum, suo defuncti sunt officio, siue in suffocando, siue extirpando hoc errore, qui si ex juramento de libris symbolicis seruan-

seruandis præstito , debitam adhibuissent operam in sua quis-
que ciuitate , gliscenti illi ac propullulanti *libertinismo extin-*
guendo, næ illa errorum semina nunquam ad tantam tamque
herbescentem uiriditatem effloruissent. Si intempestiuæ hu-
jus remissionis cauillam quæras , conjectura aliam assequi non
possum quam uel contemptum uel oppositi formidinem , quo-
rum alterum desides , alterum intempestive timidos efficit.
Denique alendo fouendoque huic monstro ii quoque,
fuere adjumento , qui , uel detestandos huius generis libros
censuræ suæ subjectos , minus accurate politeque limarunt ,
uel suis imprimi sumtibus ac recudi curarunt , uel jam im-
pressos diuendi publiceque prostare passi sunt , uel diuendi-
tos non suppresserunt , uel ex peregrinis linguis in Germa-
nicam , domesticam nostram , transtulerunt ; queis singulis
extremo communique judicii die temerarii hujus instituti
ratio aliquando reddenda erit exquisitissima , & dolemus eo-
rum uicem qui exiguum aliquod seculi hujus lucrum peren-
naturis commodis ac felicitatibus antetulerunt.

§. VI.

Libertinismi sic origine in Germania nostra , pro instituti
ratione , delineata , surculos illius , h. e. errorum messem , è
libertatis sentiendi semente collectam , breue sub examen uoca-
bimus , quod antequam aggrediar , ipsam *sentiendi in genere*
spectaram libertatem , qua tanquam fundamento quodam sin-
guli nitantur errores , destruere ac euertere conabimur ..
Quemadmodum enim nullum tam est perditum inque scelera
effusum uitium , nulla tam absurdæ & profligata opinio , quam
non ab impiis & pertinacibus suis auctoribus sociisque mor-
dicus propugnari uideamus , ita & his hominibus , qui *senti-
endi* tuentes *liberatem* , nec multitudo rationum , (cauillatio-
num potius) nec protervia altercandi , deest ; ut merito de his
pronunciaueris : esse iis mentem , nescio unde formatam . ,

B 3

cum

cum resipiscere tum corrigi nesciam. Horum tantum hodie in Batavia & Anglia numerum esse accepimus, quantus antea nunquam: neque illi amplius hinc inde dispersi uolunt, sed in certum jam gregem certumque ordinem, ut ita loqui licet, coaluerunt: peculiari aliqua fidei utuntur formula, quam Gallice *la creance de fortes esprits* vocant. Atque ex hoc quidem hominum genere paucis ab hinc annis in scenam prodiit, uir quidam nouarum rerum elegans fabricator, & ad damnatios excogitandos errores natus factusque nomine ANTON. COLLINUS, qui non multo tempore abhinc in Anglia edidit librum inscriptum: *A discurs of freethinking*, quod JOH. CHRISTOPH. DORNIUS in *Biblioth. Theolog. Critica*, discursum de libertate dubitandi reddit; emendatius uero ex Anglo uocabulo thinck, quod cogitare uel credere significat, de libertate sentiendi expreſſeris. De hoc libro, in quo augor libertatis sentiendi tum necessitatē tum utilitatem æquitatemque probatam iuit, *Indifferentia Gallus*, qui anno 1714. ex Anglo idiomate in domesticum suum transtulit s. t. *Discours sur la liberte de pensez* ecrit a l'occasion d'une nouvelle settle de l'Anglois a Londre sic satis, temere judicat: *ce meme liure renferme un unfinite des choses importantes, curieuses & extrordinaires*, multo autem æquius prudentiusque de eo judicium tulit, alius quidam Gallus, inquiens: *quelque delicat qu'en soit le travail, le tissu n'en est pas plus fort, puisque le fil de raisonnement de la preemiere & de la seconde section ne tient qu'a un si, ou a quelques termes equivoques, quil laisse dans l' obscurite, & qui ne sont propres qu'a surprendre de mouches.* Sed age! argumenta ejus quæ affert pro sua stabienda opinione, qua licet breuitate, expendamus. In exordio arbitratur, hanc propositionem, *tout homme doit penser librement, tam esse certam affirmam, ut nihil supra, omnemque ratione præditum (tout esprit*

esprit raisonnable) ab illa stare, quam assertionem ut probet: uarias adducit rationes.

PRIMA a jure illo, quo ueritates omnes cognoscere tenemur, desumta est, hocque inde demonstrat, quia tum salus publica, tum priuata hoc jubeat, nulliusque plane ueritatis cognitio interdicta sit. Quotus quisque autem non videt quam sit hæc ratiocinatio elumbis? quippe quæ impetrè admodum redolet ignorantiam petitionis principii, quasi cognoscendarum omnium ueritatum jure quodam deuin- ciremur; diuersissima enim sunt, connatum nobis esse desi- derium, uel ut loqui amat, jus, indagandarum ueritatum idque perfecte, ut scribit, in effectum deducere. Quod ad de- monstrationem attinet, primo a salutis cum publicæ tum priuatæ commodo petitam; præterquam quod apertissimè sit falsa, quum tantum absit ut omnes ueritates cognoscere, commodum Reipubl. ut potius incommodum ac calamita- tem afferat, distinctio inter *sensum compositum & diuisum in- tercedens neglecta* est. Altero loco urget, *nullius veritatis co- gnitionem interdictam esse*, idque largiremur lubentes, nisi vi- res post lapsum essent detritæ, eamque ob causam media nos oporteret adhibere legitima.

SECUNDA, est ab exemplo: *on peut, inquit, compa- rer nos pensées à des mains, dont nous nous seruons, pour tirer les noiles qui nous cachent la uérité: le libre usage de ces penesées ne nous est donc pas moins nécessaire pour a decouvrir cette uérité que le libre usage des mains.* Primo ejusmodi argumenta a simili- bus emendicata illustrationi quidem esse possunt sed non pro- bationi; deinde separo illa quæ rationi nostræ peruiā sunt ab iis quæ aciem ejus effugiunt; in illis rationi nil detraho, in his vien omnem illi abjudico. Ad hæc, mysteria tam clare nobis detecta sunt, quam saluari cupientibus opus est, verbo, *ut nōmēs ita amīdos aduersarii falsa est,*

TERTIA

TERTIA itidem a simili , & quidem a libertate artificiorum & opificiorum desumpta. Quemadmodum inquit le libre usage de mains est le moyen pour arriver a la perfection des arts mecaniques : ita & in sacris & humanis ueritatibus. Sed uacillat consequentia , nam licet de *artium illiberalium generibus* hac ratione perfectis & perpolitis concedam , de *liberalibus* tamen , quanto magis de sacris , penitus nego , quae enim est argumentatio ab humanis ad sacra , a finitis ad infinita . Præterea discrimino hic artifia legitimé ab illegitime cultis : illorum liberum exercitium utique concedendum est , horum autem minus . Nam bone DEUS ! si noxiæ illicitæque illæ artes , ut manticularia , necromantica , quibus cum *sentiendi licentiam* , faluo tertio comparationis , non compa raueris incommodo , si hæc inquam impune ubique tolerantur , quæ morum corruptio , quæ Reipublicæ calamitas , quæ diuinarum humanarumque legum destructio conquerentur ?

In stat : Si limites cogitationibus ponuntur , quand on borne , a des certaines sciences , ou même a quelqu' une de leurs parties , leur ignorance doit , etre absolument d' autant plus grande que leurs pensées feront plus limitées . Non habebit nos sibi dissentientes , modo caute distinxerit inter limites tempestive & minus tempestive positos . Concedimus etiamnum de philosophicis scientiis & opificiis , at de theologia ejusque abstrusis mysteriis pernegasimus : heic enim limitata & circumscripta *sentiendi licentia* ueritas cœlestis ac spiritualis non immunitur sed potius infinitum quantum augetur ; quo magis ratio deprimitur eo lætius fides exsurgit : rursus , quo illa altius excrescit , eo hæc decrescit magis , & quotus quisque est , qui si in sacris nimium philosophetur , non cespitet ?

QVAR TA est utilitatis , quam hæc jaætata eorum libertas , uberrimam ut putant præstiterit , sic , ut plurimarum scientia-

scientiarum amplitudo atque perfectio ab hoc fonte fluxerit. Uerum & hoc negamus: humanarum enim disciplinarum perfectiones, experientiae, longo temporum usu consolidatae, ac indecessu studio, ingenio industriæque hominum, diuinarum autem potissimum Deo ejusque benedictionibus ferendæ sunt acceptæ. Quis eo, quo s. s. amanuenses uixere, tempore, de libertate cogitandi, vel somnians unquam cogitaverat, quis tam his ipsis, nostra & patrum, majorumque memoria, excepto dulciss. Salvatore, hoc est quoad seculum fuit, doctior & illuminatior extitit. At enim, ajunt, articuli multi hujus beneficio libertatis majori luce circumfusi sunt. e. g. articulus de DEO, n'est ce point, inquit, de la même maniere qu'on est uenu à connoître démonstratiuement l'existence d'un seul Dieu avec cette juste idée que c'est un être qui n'est ni composé de parties ni susceptible de passions? Et facilis ad hoc dubium est exceptio: scilicet, haric acromaticam de DEO notitiam non tam a damnatio judicandi libertate, quam uel naturali quadam, a posteriori facta ratiocinatione, uel revelatione sacra eleuata, profectam esse.

QVINTA est ab incommodo, quod ex coarctatione hujus libertatis fluit. si enim, inquit, aliqua sunt veritates, de quibus libere nobis judicare liceat, aliqua vero a libertate arcentur, sequitur licetas simul cum illicitis omnino ignorari; rationem addit, quia omnes disciplinae indissolubili nexu conjunctæ sunt. Sed probandi ratio æque atque argumentum manca est & mutila; nam etsi non diffitemur sumnam esse cognitionem disciplinarum humanarum: quibus tamen fidiculis inde possit elici, licere nobis illimitata quoque libertate de scientiis judicare diuinis, quum ratio infinito interuallo inde distans rerum homogenearum & heterogenearum danda est, ipse adue rsarius uiderit. In illis, secus a nobis sentienti concedimus, in his autem negamus: quod enim adjungit: *Nous ne saurions lire*

C

bire aucun liure qui puisse passer pour parfait en son genre, ou vous ne remarquez qu'elles y sont toutes comprises & que l'auteur n'a pas le composé sans etre universel, & hoc ineptum est: quam multi enim libri extant perfectissimi omnibusque numeris absoluti, & tamen non universales, h. e. ex COLLINI sententia, in omnes scientiarum partes diffusi: nisi forte aliquis scripturam propterea, quod ontologiam & noologiam non contineat, imperfectionis uelit accusare, quo impium magis effungi posset nihil.

SEXTA item est ab incommodo, en negligeant, inquit, de faire le force de penser on se precipite dans les erreurs les plus grossiers tant pour la Theorie que pour la pratique; in hujus confutacione breuissimas ducam lineas: ubi rerum testimonia adsunt, non opus est uerbis, satis nostro hoc seculo athei, satis indifferentista & alii sine fide & religione homines ubique, in Germania eheu! vagantes, ortam ex hac libertate cogitandi calamitatem, testantur. Neque uero theoriam solum sed & praxin illa euertit, quia quum atheismus morum corruptionem introducat, atheismus v. a libertate sentiendi dependeat, necesse est libertatem sentiendi ipsam mores hominum corrumpere: atheismum uero ad mores inquinandos facere B. D. GRAPUS inuictis demonstrauit argumentis, in disputat. An atheismus ducat ad corruptionem morum? Quod de superstitione objicit: quam libertas sentiendi e mundo sustulerit, nihil nos moratur: quis enim tam stolidi est ingenii, ut ad credendum adducatur, sentiendi libertatem eo eniti potuisse, ut tam re ipsa, quam uerborū nugis, superstitiones dæmonum, spectrorū &c. debellaverit, quid? quod in Scyllam inciderint cupientes vitare Carybdis.

SEPTIMA cum proxime præcedenti coincidit, dicendo que la negligence que les hommes ont de ne pas examiner les sentiments qu'ils embrassent les expose a tomber dans un autre malheur qui est la superstition. Quandoquidem supra huic satisfecerimus, actum

actum agere nolumus. Atq; hæc fere sunt extantiora argumenta queis **COLLINUS** usus est, quæ, quamvis callida ac juxta inepta sint & ita comparata, ut qui ea amplectatur, causa sua necessario cadat: tam ingens tamen eorum, qui cum eo faciunt, numerus est, quam muscarum cum maxime calet, ut proinde mirandum sit, tam alte multis Germanorum nostrorum animis insedisse, ut uix ac ne uix quidem euellenda videantur. At hisce perditæ sent. libertat. auctoribus idem ne contingat, timeo, quod. **TIMOLEONTI** quondam **CORINTHIO**, qui cum se ipso fatente populi pro libertate maximos labores summaque adiisset pericula: semperque a diis immortalibus fuisset precatus, ut talem libertatem restituerent, *Syracusani*, in quo cuius liceret, de quo uellet, impune dicere, uno deniq; ciuium suorum in concione, rebus gestis ejus detrahente: *Nunc demum uoti, inquit, mei sum damnatus. Uereor inquam, ne & hos homines conscientia aliquando grauiter torqueat, tortos voti factique sero eheu! pœnitentiat.*

§. VII.

Postquam de indole & natura sentiendi libertatis enarrauimus, eorumque discussimus: rationes ad uaria illa hæresium genera propaginis adinstar inde enata, jam pergerimus. Nam, ut supra edocti fuimus, tantum abesse ut communes vulgi errores, superstitionem etrel. hæc fustulerit, ut potius sceleratissima quæque, maximeque internecina dogmata progerminauerit, progerminata Alemanniæ nostræ inuixerit: quorum grauiora breuiter nunc recensebimus & examinabimus. Primus idemque perditissimus est *Indifferentismus Atheisticus*: docente enim **NICOLAO VEDELIO** in *arc. Arm. p. 6.* *atheus primo est*, qui simpliciter negat esse *DEUM*, aut esse *Iesum Christum, uitam aeternam, condemnationem aeternam &c.* *Quiquidem atheismus crassus est, & Diabolorum malitia major*, qui credunt esse *DEUM*, sed contremiscunt. Deinde *atheus etiam is est NB, cui quamcunque tandem*

tandem religionem, ut loquuntur, Christianam profiteatur, indifferens est, seu quicquid tandem de controversis, punctis fundamentis (quæ differentiam inter Christianos faciunt) statuatur. Hac execranda hominum familiâ diu Germania nostra libera extiterat, atque utinam semper extitisset; sed proh! diaboli fraude, hominumque malitia factum est, ut inter Germanos & ipsos adeo Christianos non defuerint, DEI ter optimi terque maximi essentiam & existentiam negantes. Prae aliis autem omnibus audacia temeritateque commendabiles sunt. (I) MATTHIAS KNUTZEN, de quo ex Dn. D. BUDDEI *allgemeinem Historischen Lexico* Lips. 1709. sequentia memoramus: Er war ein Atheist aus dem 17 den seculo von Oldensvort aus dem Eiderstatischen im Herzogthume Holstein birtig. Er vvar ein sehr unruhiger Kopff, und vvelcher öffentlich vorgab, dass kein Gott sey. Den Anfang zu dieser Gottlosen Lehre machte er ums Jahr 1673. zu Königsberg in Preussen, und bernühte sich sehr, einen grossen Anhang zu bekommen, vwie er denn vorgab dass er in der einzigen Stadt Jena deren mehr als siebenhundert hätte. Man nennete seine Secte die Gevissener, indem er vorgab, man habe keinen andern Gott als sein eigen Gevissen, vwelches einem jeden sagte vwas er thun solte und stellte seine vornehmsten Lehrsätze in einer kurzen Epistel vor. Weil durch seine Lästerungen die Stadt und Universität Jena leicht in Verdacht hätte können gezogen werden, als vven sich so viel seiner Anhänger darinn befänden, gab der berühmte Jenische Theologus JOH. MUSÆUS vvierder ihn heraus: Ablehnung der ausgeßprengten abscheulichen Verleumdung, ob v wäre zu Jena eine neue secte, der so genannten Gevissener entstanden. (a) (II) est. NICOLAUS TAURELLUS, celebris medicus ac philosophus, natus 1547. Mompelgardia, Tubinga. 1565. summis in Philosophia honoribus mactatus est, postea 1581. academia Altdorffensi jacta, Professor Medic. eouocatus est, cui cum laude prouinciae præfuit. Mortuus 1606.

Scripta

Scripta ejus sunt. *Discussiones physicae de mundo; Methodus prædictionis medicae: Annotationes in opera Arnoldi Villanouani: Metaphysica philosophandi methodus; de rerum aeternitate &c.* De atheistis ejus hypothesis & accusatione atheismi criminis, ab Heidelbergensibus facta cont. auctor. der unschuldig. *Nachrict.* 1701, p. 181. (b) quorum uerba huc adscribere breuitate est operosius. (III) MOSES ille GERMANUS Spinozam secutus e Christiano Judæus factus: qui epistolam ad WACHTERUM scripsit, in qua docet nil aliud DEUM, quam mundum esse. uid. THOMASIUS *Monachalisch Gespräch* i. Th. p. 34. (IV) Auctor maledicti illius scripti, quod in Germania ante aliquot annos Magdeburgi divulgatum inque templo quodam Magdeburgico in suggestu jacens, deprehensum est: refutatum a JOH. WILHELMO PETERSEN 1714. (c)! Ceterum, quod infamatus ille historicaster GOTHOFREDUS ARNOLDUS THOMASII *sputi lambus* Tom. II. Lib. XVI. c. 16. u. quando ex ANDR. MUSCULO in seiner Prophezezung von Tentschland des Straffen, de corruptis Lutheranorum moribus, seculoque superiori late in Germania imperium tenente atheismo, conqueritur, depravatam Ecclesiastarum doctrinam originem ei dedisse præprimis, arbitratur: a ueritate abest longissime, quum potius effrunita diaboli fraus, hominum nefanda sceleria, sacrarum literarum detorsio ac neglectus, atheistum produixerint (d). Grauiorem adhuc errorrem hic vir cōmoisit, quod pro apertis atheis uerba fecit. Tametsi enim non diffidendum sit, multos Germanorum nostrorum inter alios ARNDIUM WERDENHAGIUM, BRECKLINGIUM, aliosque, atheisti fallo fuisse accusatos: inueniuntur tamen complures tam aperite athei, quos si excusare uelles, cum ARNOLDO euadentes malus, qui eo audaciæ prolapsus est, ut VANINUM defendere, nostros uero theologos, atheisti damnare non erubuerit (e). Possemus hoc loco objectiones & argumenta atheistorum

orum pluribus reteilere, nisi dudum otia nobis fecissent celeberrimi uiri. RECHENBERGIUS, JOH. FRANC. BUDDEUS, JOH. MULLERUS, CHRISTOPH. FRANCKIUS, JENKINIUS THOMASIUS, aliique de quibus consulatur laud. DORNIUS I. c.

(a) Confer. JOH. MULLERI atheismus devictus. MICRAE-LILIS Syntagm. histor. Eccles. p. 2289. MOLLERI Isagoge ad histor. Chersones. Cimbr. P. III. p. 166. BAYLEI SAGITTARIUS introduct. ad histor. Eccles. C. 33., §. Sect. 14.

(b) MELCH. ADAMI uit. med.

(c) DORNIUS bibl. Theol.

(d) conf. quæ Theologus anonymus apud SPIZELIUM de atheismo
vradicando deque longe lateque hoc seculo uagante atheismo p. 31. &c. enarrat.

(e) Tom. II. Lib. XVII., c. 16. §. 4. & 5.

§. VIII.

Indifferentismum Atheisticum excipit Adæmonisticus,
quem ideo ab Atheistico separo, quia labe eius infecti injustissime secum agi putant, si ob negationem existentiæ diaboli atheistici simul criminis accusentur, quem illi ad neminem, nisi existentiam DEI quoquo pacto negantem, aut in dubium uocantem, accommodari posse existimant. Ne igitur inuitis ac deprecantibus aliquid obtrudentes, injurii in illos fuisse uideamur; age dum liberaliter agemus, certum illis dignitatis, uel infamiae potius locum, hærticorum in numero assignabimus. Et hæc quidem nefanda hominum turba superiori seculo Germanis inaudita, minimum perrara, tantam jam in multitudinem tantas que vires excreuit, de quantis altum hodie ingemiscit nostra Germania. Inventor, inceptor, perfector ejus est BALTHASAR. BECKER, Bataeus. (a) Præterquam enim quod alii eius exosi libri e. gr. de cometis, evidenter hoc probant, excantatum illud de incansato mundo scriptum, adæmonistica hæresi refertum evin- cit.

cit. Prodiit infelici quodam fidere anno 1691. & 93.
 in Hollandia totamque fere illam adæmonistica inbuit peste;
 uerum Belgii finibus sese non continens, has terras quoque
 undique corripuit, & instar fluctuum inundavit. Non de-
 fuere tamen cum ex Batauis tum nostris etiam Germanis,
 qui monstrum hoc libri confutarunt. In his *auctores der unschuldigen Nachrichten* anno 1702. p. 205, unde BECKERI uni-
 cum conamen unicum curam fuisse, quæ de Diaboli existen-
 tia, generationibus & effectibus creduntur, captiose omnia re-
 jicere, constabit. Hunc in multis secutus est *Hallensis* qui-
 dam *doctor*, de quo in *thesibus inauguralibus*, *de criminis Magia*,
 anno 1701. uentilatis, etiamsi pælo subtilius nec adeo directe,
 indirecte tamen diaboli impugnasse dominium notum est. (b)
 quem tamen, cum postea sententiam hanc fere totam mutau-
 rit, a multisque defendatur, uel subtilissimis tantum adæmo-
 nistis accenseri, uel plane iis eximi, oportet. Potius
 in hunc ordinem referas *Auctorem damnabilis illius libri*, Berolini
 1694. in lucem emissi s. t. *concordia rationis & fidei*, quem
STOSCHIUM a *secretis intimis Electori Brandenburgico*, fuisse
 scimus, qui angelos uel spiritus dari prorsus inficias iuit.
 Huc pertinet quoque JOHAN. SOPHRON. KOZACK, Bo-
 hemus, medicus & philosophus in tractat. *de hemorrhagia Ul-*
mæ 1666. edito (c). Scilicet in ea hæresi fuerunt hi homunciones,
 ut (1) nulla dari *spectra*, nullas eorum apparitiones, (2) non posse
 demonem tanquam spiritum in corpus agere, (3) non posse homines
 obsidere (4) non posse patella cum hominibus inire, asperuerint; simi-
 les sapientibus huius seculi, qui tum maxime prudentia cete-
 ros se anteire existimant, quum, quæ a diabolo, permitten-
 te DEO, præter naturæ vires eduntur, tanquam aniles fabulas
 uel ad lucrum captandum ficta, conuellere conantur: immo
 caudices, stipites, plumbeos, atque alia quæ sunt dicta in stul-
 tum, præ se eos esse arbitrantur, qui assensionem diabo-
 li

li existentiæ præbeant... Uerum enim uero & habet Germania nostra uiros, qui illorum stultitiam ea omnia superare ostenderunt, quæ ipsi in eos, quos rident, convenire putant. Hos inter eminent *auctores der unschuldigen Nachrichten* passim, theologus olim Hauniensis celeberrimus D. HECTOR GOTTFR. MASIUS in dissert. *de existentia demonum conjuncta cum elegantissimo libello de Diis Obetritis*, PETRUS GOLDSCHMIDT clarus theologus, im *Höllischen Morpheus* Hamb. 1704. it. im *verworffenen Zauber Advocaten* Hamb. 1705. Immortalis famæ theologus Kiloniensis, CHRIST. KORTHOLTUS in *tractatu vom besessenen Knaben*. CAROLUS FRIDERICUS ROMANUS in *Schediasmate Polemico expendenti questionem, Num dentur spectra Magi, & sage?* Lips. 1707. & alii innumeri. Breuiter huic indifferentismo hoc opponimus; si boni angeli, ut in confessio est, corpora assumere & apparuere hominibus, nil impedire, quo minus & mali id facere queant, nam similium eadem est ratio. Deinde *καὶ αὐτὸν* contra eos colligitur. Si ex eorum opinione dæmon est ens cogitans, in corpus agere potest; probatur, quia anima & mens hominis tanquam ens cogitans in illud agant. quo argumento aduersus BECKERUM nostrū utuntur celeberrimi collect. *innox. relat.* anni 1702. p. m. 207. Obsessionem uero diabolicam negantes, ad scripturam ablegamus, cui si credere noluerint, credant quæsumus experientiæ, qua homines ita sæpe affectos uidemus, ut nisi contra ipsum solem uelimus, loqui obsessos a diabolo nolentes uolentes debeamus credere; quo referendum est quoque hoc tempore triste illud duorum Parchimensium obsessorum exemplum, quos paroxysmo correptos, hoc est diaboli obsessi furore percitos, ignotissimis sibi linquis loqui interdum, nonnunquam aliorum facta sibi occulta, detegere, sæpe jamjam futura prædicere & ariolari quasi amicus nuper huc adueniens

niens ipsem qui uidit , auribusque suis percepit , coram affirmauit. Denique in hanc rem conferri poslunt SIGISMUNDI SCHMIDERI detectio genuina caussarum uisionum Annæbergensium , s. Wahrhaftte Entdeckung der Ursachen , derjenigen Erscheinungen , welche einige Persohnen bey ihrer sehr bekannten Maladie gehabt , und desselben Erörterung ob sie natürliche oder übernatürliche gewesen und von einer teufflichen Hexerey ihren Ursprung genommen 1719. & JOH. GOTTLIEB ADAMI Pastoris Annæbergensis abgenöhtigste Antwort , in quibus ille hunc Annæbergensium casum , ut solent nonnulli medici , partim temperamento melancholico , partim lensum turbationi , & fallaciae uisus &c. adscribit ; hic uero αυτόν της & αυτήν οὗ , ideoque fide dignus uir , expositis historiæ hujus inauditis plane , omniesque naturæ uires exsuperantibus circumstantiis , diabolo illum deberi solide demonstrat.

(a) conferat. M. GUILIELMI HENR. BEKHERI *Schediasma Critico-Literarium de contiouersiis præcipuis BALTHASARO BECKERO theologo Batavo quondam motis, ob librum cui titulum fecit: Die bezauberte Welt, adjecta in fine auctorum farragine, qui vel BECKERI scriptum refutare, vel affectarum more illud defendenterunt, editum Regiomonti, 1721., 4. hic Batavi: cujusdam meminit, ita de BECKERI libro judicantis. Dit boek sal in een paar Maenden mehr Quads gedaen hebben, als al de Predicanten in twintig Jaren mit al haer Prediken fallen kunnen verbetern.*

(b) unschuldige Nachrichten 1702. p. 152.

(c) uid PETR. GOLDSCHMIDT in laude lib. p. 18. sqq. modo laudatus BEKHERUS multo plures BECKERUM secutos Germanos memorat. ut REICHIMUM, WAHRLIBUM pseudo nymum, BRÆHMIUM, CLARITINUM, WESTPHALUM & alios, uid. p. 41. §. 28. sqq.

§. IX.

Ab indifferentismo ademonisticō, parum uel nihil distant
aadisticus, ut ita loqui liceat, h. e. inferni existentia negatio, &
Psychopathanisticus, quo animæ immortalitas negatur. Aadistica
cam hæresin sape memoratus ille BECKERI liber: De betouer-

D

de

de Weereld qui primum libris duobus tantum prodiit Leovardie 1690. in 8vo, & anno seq. Amstelodami in 4. & 3to ibid. 1693. imprimis in Germaniam introduxit, quanquam hic BÆLIUM in reponses aux questions a un Provincial, VIERUM, BODINUM & alios, non plane excludamus, Germanos inter infelix hoc faxum voluit Auctor meditationum Philosophicarum de DEO, Mundo & Homine, anno 1717. editarum, qui meditat. 17. sic scribit : *Electione multorum, damnatio nullius, infernus ideo nullus, pæna nullæ*; quid quæso potuit luculentius hanc hæresin prodere? & ualde quoq; suspectum se reddidit BERNHARDUS WALDSCHMIDT in *Pythonissa Endoræa* (a). Qui homines cum satiis turpiter se dederint cum hac hypothesi, tum a multis qui æternas pœnas defenderunt, turpissime sunt profligati, etiam in Germanis. Quod ad animæ mortalitatem attinet, qui eam statuunt, cujus patroni in Germania etiamnum deprehenduntur, mirum quantopere insaniant; quin ipsos majores suos paganos, densissimis (quis nescit?) ignorantiae tenebris circumfusos, cœcitate superant. CELTAE quippe ac DRUIDES, quantumuis alias inhumani ac rudes, pro re nulla tamen acrius, quam animarum immortalitate olim pugnabant, quamobrem ad defunctos literas exarare, rogoque, eorum superponere, consueuerunt (b). Inter subtiliores Psychothanatisticos Germanos est autor *Anonymous libri concordiarationis & fidei, s. harmonia Philosophiae moralis & religionis Christianæ* 1692. 8. edita. Is animam cum creaturis omnibus pro essentiæ diuinæ modo habens, nihil eam esse aliud, quam cerebrum organis instructum & per influxum ac circulationem materiæ subtilissimæ modifikatum ait: quo ipso immortalitatem ejus tollit. Nec caute satis heic egisse uidentur auctores schediasticis: *Zweyer guten Freunde vertraute Brief-Wchsel vom Wesen der Seelen, quarum alterius epistolæ auctorem putant HOCHHEISELIUM Breslauensem Professorem, aliò medicum quendam*

D. BU.

D. BUCHERUM, qui Principi FURSTENBERGIO a seruitiis fuit, animam nil nisi potentiam aliquam & aptitudinem in corpore agendi putantes, quæ pereunte corpore & ipsa pereat, quod refutavit JOH. HENRIC. BOCRISIUS in *anima immortalitatis apologia* 1715. 8. edita (b) Ceterum horum heterodoxiae obuiam iuit DIGBÆUS in *Demonstratione animæ rationalis*, & alii.

(a) Vid. M. CHRIST. AUGUST. SALIG *Philosophumena veterum ac recentiorum de anima & ejus immortalitate dissertat proposita anno 1714.*

(b) Conf. idem Claris. SALIG I. c. qui CONRADUM SCHÜTZIUM & alios de anima temere sentientes affert, ubi simul sententiam LEIBNIZII de anima, quam in *Theoria sua motus abstracti* Ep. II. p. 100. mentem momentaneam esse afferuit a JOH. RAPSONII accusationibus vindicar. p. 87. 88. 89.

§. X.

Fructus sentiendi libertatis præterea est *indifferentismus*, ut uocamus, *Deisticus*. Dicuntur nimirum *deistæ* paulo laxius athei, qui Dei existentiam licet admittant, diuinam tamen prouidentiam & reuelationem i. s. s. literis factam, pro humano commento habent Christumque Dei Filium mundi saluatorem esse negant, a MERSENNO & aliis non immerito istis accensi (a). Atque hic *indifferentismus* in exteris terris primo ortus, ad nos quoque permeauit a multisque Germanis, maxime Hallensi quodam politico, magnam partem suscepitus est. Sed refutauit illos *Germania illud germanaque fidei aeternum decus* VAL. ERN. LOESCHERUS in *Prænotionibus Theologicis* p. 35 - 59. Refero non immerito huc *indifferentismus scepticum* e BAELII imprimis scriptis in Alemania prognatum, quo quis perpetua ac nocenti quadam dubitatione de qualibet religione ejusque veritate dubitat. Hunc rejectum ac debellatum uide a uenerando BUDDEO in *Theſ. de Atheismo &c. it. Exercitatione I.* Tom. II. ſect. 2. *Exercitat. ſub ciuiarum Francofurtens. opposita obſervationi XIII.* Tom. VIII. Hallensi. BAELII scepticismum confutauit Dn.

D 2

CHR.

CHR. MATTH. PFAFFIUS in Diss. de PET. BÆLIO non ita pridem Tubingæ hab. 1719. Infelix quoque sentiendi libertas partus est *indifferentismus Euthusiastico - Fanaticus*, quo quis cum reuelationibus sanctioribus ecclstatica, nescio quæ, & diabolica phantasmata miscet, internum lumen internum verbum sectatur; aliosque ejus generis errores, fouet. Familiam ejus ducunt WEIGELIUS, BÖHMIUS & alii, qui initio superioris seculi hanc contagiosam pestem Germaniæ importarunt (b); Nostra memoria hanc hæresin per manus quasi ab iis acceptam mordicus tuentur ac tenent tres præsertim peruersissimi **CHRISTIANI** in quos quidem non ipepte quadrare dixeris Græcorum illud: *τοια νεπτυνα καινη*. Quemadmodum vero illi in propugnanda hac sectâ, ita purioris nostræ in Germania ecclesiæ proceres, in destruenda illa suminopere fuere occupati. Refero huc D. LOESCHERUM in scriptis suis maxime in *prænot. Theolog. & Alemannia* facile principem Theologorum. Magnif Dn. **D. GOTTL. WERNSDORFIUM**, in *commentatione sua de Indifferentismo religionum*: maxime autem Theologum, quo mundus iudignus erat, B. D. FECHTIUM, in *Examine Novæ Theologie Indifferentist.* refero denique huc *Excellentissimum nostrum ÆPINUM*, Philosophum acutiss. vere ecclasticum, præceptorem meum atatem venerandum, in *Mataologia Fanatica recentioris compendio contra JOH. CHRIST. DIPPELIUM*, hoc anno hic Rostoch. edito in 4to. Ad *fanaticum indifferentium proxime accedit* alius in Germania nuper fabricatus heretico *Apologeticus* cuius hamaxarius est famosus ille **GODOFREDUS. ARNOLDUS** cum sociis suis, qui in opere suo *historia Ecclesiastica heretice*, toto pectore totaque mente in id incubuit, ut pro dementissimis & ineptissimis quibusvis hereticis verba faceret, vel, si mauis, apologeticas cartas assuens confarcinaret. **VANINI** vindicias infelici *Lucinia* peperit *Anonymus*, sine dubio Germanus in libro *Cosmopoli* edito 1712, de quo laud.

laud. DORNIUS iudicat , pessimam ita causam egisse , ut
nemo melius . Ni fallor , refertur uic quoque a nonnuelis
JOH. LUD. FABRICIUS , qui pro universo terrarum orbe
ac si nullus unquam atheusexiterit apologeticum dedit li-
brum, Heidelbergæ 1682. 4. qui etiam si superioribus longe mo-
deratior sit , & a compluribus defendatur , omni ex parte
tamen excusari non potest . Hunc uero indifferentismum
fortiter destruxere Clas. M. JACOBUS STAALKOPFF , qui
SPINOZAM perperam ab ARNOLDO defendi solide demon-
strauit , Gryphisw 1707. it. longe celeberrimus vir JOH. ERN.
CYPRIANUS & ZACHARIAS GÖZIUS Rector Schola Osnabru-
gensi. & alij.

Nequaquam hic prætermittendus est venenosus ac pesti-
fer ille sentiendi libertatis fructus , indifferentismus Politicus , quo
religio proprio commodo & profano lucro accommodatur ;
vel ut ipsi efferunt : *Ein raisonabler Glaube.* Horrendum ac
incredibile dictu est quam amplio numero quamque larga se-
gete horum hominum Germania nostra lateat , religionem
verbumq; diuinum pilæ instar tractantium , inque ore & a-
nimо habentium impium illud . *Dimidium Politici* , qui bene
impius , habet : nam multi eo progrediuntur impietatis , ut li-
br. periculosissimos dominis ac principibus suis legendos
commendent , cumq; netario illo ANTONIO de LEUE , hos
ad eos sermones usurpent : *Se uestra mæsta zienne anima rig-
nunzii l'imperio ; perpauci principes cum CAROLO I. Magnæ
Britannia Rege glorioſiſſima memoria ita precantur : O Lord never
ſuffer me for reason of ſtate to go againſt my reaſon of conſcience.*
Neque hæc hæreſeos lues , tam in libris quam animis , non
tam scriptis quam cordibus , non tam in ſcholis & academi-
is , quam ſplendidiffimiſ magnatum aulis & pallatiis graſſatur ,
ut hodie valeat :

*Exeat aula , qui vult eſſe pius . Ipsi mundi proceres exi-
guam plane aut nullam potius religionis curam habent , abne-
gando .*

gando & ejurando illam , honores captant , diuitias sectantur , multo sanguine summoque labore quæ stetit , a majoribus acceptam ueritatem , contemtim tractant , dum modo ipsi purpura auro interlita , coronisque fulgentibus , possint superbire . Præterea hi *indifferentistæ* periculosissimas suas faciunt opiniones : DEum vel certe prouidentiam illius ad minima qvæque se extendentem , impugnant , pro religione martyria improbant , conscientiam rident , nil nisi sc̄etum humorum melancholicorum eam uenditantes , qualis medicamentis purgantibus depelli possit . Utinam vero hi homines cum HORATIO , deorum immortalium cultum metumque antea contemnente , postea autem ad saniorem frugem redeunte , sic loqui tandem inciperent :

*Parcus Deorum cultor & infrequens ,
Insanientis dum sapientia
Consultus erro ; nunc retrorsum
Vela dare atque iterare cursus
Cogor relictos :*

Digna quæ heic scribantur & a nostris *Libertinis* probe perpendantur , uerba sunt *auctoris libri Galici Recueil General tom. 5. p. 97.* ita scribentis : comme les grands chemins sont plus sûrs que les sentiers : ainsi les opinions communes sont toujours , les plus certaines : parce qu'elles sont appuyées sur la voix publique qui est estimée celle de Dieu , par consequent il uaut mieux les suivre que les paradoxes , qui ne sont souvent que des effets à un esprit ambitieux , se voulant tirer du commun sentiment des hommes , pour se faire renommer : imitants celui qui ne uoulloit point manger de poisson qu'aux endroits fort éloignes de la mer , ni d'autres viandes aux lieux où elles se trouuoient alement , et la Caprice de Diogene qui alloit au Palais quand les autres en uenoient . c' est de la d'où procedent les Schismes les heresies &c. Comme ceux qui se plaisent à des viandes extraordinaires ou à des ragouts seulement , ne pouuants accommoder à chasc

L'usage des autres leur appetit d'ordre témoignent la faiblesse de leur estomac, ainsi ceux qui ont des opinions particulières manifestent la maladie & la faiblesse, de leur esprit.

De *indifferentismo Ecclastico*, *Naturalistico* aliisque hujus speciebus, non minus ac recentissimi, Germaniam nostram prementibus, hec quoque agendum erat: sed ad prolixitatem euitandam, alio lectorem ablegatum uolo quum stilum ad se attrahat *indifferentismus Syncretisticus*, a sentiendi libertate itidem natus, qui uti superiori seculo jam *Alemaniā inuasit*, ita & hodie proh! uiget. Est autem ille docente B. FECHTIO in *historia Indifferent*: cum inter duas tantum aut plures Christianorum sectas *Indifferens* esse statuitur, quam amplexari. Hic *Indifferentismus Syncretisticus* est uel inter *Lutheranam* & *Caluinianam* religionem tantum, uel inter utramque hanc & *Pontificiam* simul. Hic iterum distinguitur (1) in illum, qui simpliciter sententias & errores e. g. *Lutheranos* a *Caluinianis* separantes, non curat, salutique obesse negat, (2) in illum qui alterius partis errores eatenus tantum admittit, quatenus fine proæredi fouentur, interim tamen dissentientes tolerat, & pacem cum illis cupit, qui *vulgaris est syncretismus*. Et hic est quam *GEORGIUS* pater, & *FRIDERICUS ULRICUS* filius, *CALIXTI* & mi *Helvitiadienses*, *Saxonicī*, aliquando tuiti sunt. *CALIXTI* putabant articulos fidei nimis coarctari, *Reformatosque* cum *Pontificis* in unam religionem coire posse, qui causam cognosceret B. D. *GLASSIUS* eligebat. Edebatur *Wittebergae* consensus repetitus fidei uere *Lutheranae*, *CALIXTI* item *Apologeticum* 1667. Sequebantur *responsiones ejusdem* ad *CALOVII* *theses Antisyncretisticas* Witt. 1668. Tota denique lis, auspice DEO, *Luneburgensem* *Ducum* opera componebatur. Et perpetuo sopitus ac sepultus mansisset hic *indifferentismus*, ni extremo hoc tempore, mediocris ingenii, ut *DORNIUS* eum uocat, homo *JACOBUS GÄRDENIUS*, aliquique restinctum excitassent: ille etenim summo cum studio eum recoxit in *dissertatione de Theologia Pacifica s. comparativa* P. *POIRETI* bibliotheca scriptorum mysticorum Amstelod 1708. *præmissa*, quem refutarunt, pat *Theologorum nobilissimum*, *D. MARTINUS CHLADENIUS* *Wittenbergae* *Theologus*, in examine *Theologie pacifica*, & *MICH. FÖRTSCHIUS* *Jenensis* *Theologus*, in nucleo controversialium recentiorum & nobilium p. 14. *Disputat*, II. de *Theologia comparativa*.

(a) uid. *Impietas atheistica Scopito-Sceptica, Detecta & confutata per SAMUEL. BIERMANNUM*, *Pastor. Achen.* cum *pref.* *Dn. D. ADAMI RECHENBERGH* *Lipsiae* 1717. *pref. p. 9.*

(b) conf.

(b) conf. ARNOLDI Kirch-und Ketzer Historie, tom. II. Lib. XVII.
c. 17. &c. S. XI.

Non peregre hinc absunt duo hodie grauissimi theologi, irenici doctores studiosissimi, alter in Germania Lutheranus, illustris Tubingensis Cancellarius Dn. D. CHRISTOPHER. MATTH. PFAFFIUS, peregrinationibus, eruditissimis gloria, variisque scriptis inclutus; alter in Helvetia Reformatus, clarissimus theologus Genevensis Dn. JOH. ALPHONSUS TURRETINUS. Multa ille scripta protulit in lucem quae ad pacem non tam inter Pontificios & Lutheranos quam Lutheranos & Reformatos, pangendam faciant.

Imum ni fallor est dissertatio inauguralis de litibus in articulo de gratia & prædestinatione ab initio Ecclesia usque ad nostra tempora obortis 1717

IIdum de uitjjs eorum qui sacris operantur & medela rebus heic adhibenda in 4to primum edita deinde in 8. 1719.

IIIium de originibus Juris ecclesiastici ueraque ejusdem indeole 1719. cuius nova jam editio paratur. In hoc libro multa quæ huic faciunt inspersit. p. 200. tales constitutus monet doctores qui pierati unice studentes ab omnibus disputationibus ac rixis alieni sint. p. 214. aureum uocat CLERICI Remonstrantis in Parrhasianis Tom. 2. Art. 3., ne donner a personne le droit de decider en matière de religion. præstantissimum quoque ad promouendam upionem ecclesiasticam uocat artificium CLERICI l. c. 25. dignumque quod sapiens secum deosculetur: ita autem CLERICUS: Si dans toutes les Académies où l'on va étudier la Théologie, on auoit soin de mettre des Professeurs modérés & pacifiques, on pourroit avoir dans peu d'années toutes les aigreurs cesser & la charité & la paix prendre par tout la place de l'esprit de division & de discorde. Ce seroit la un conseil a donner a un grand Prince - s'il n'appelloit dans ses académies, que de Professeurs modérés & propres a accommoder par le douceur les partis irrités: on en verroit bientot une entière union si long tems désideree &c. De quo quidem CLERICI consilio, quid sentiam paucis exponam: primo quidem intuitu arridere hominesque in assensum pellicere, penitus uero inque perpensum animum demissum, suspectum & periculi plenum illud videri. Quis nescit ueritati inimicos deesse nunquam? horum impetus frangi retundique debere, quis negaverit? nisi quomodo uero hoc fiet? homines ueritatis scuto induiti, uirtuteque pugnandi ualentes, strenui, excubantes denique pro ecclesia salute juuentati præsistunt: quos uelle extingue, ueritatem ipsam foret extingue. Tamdiu enim ueritas salua & incolamis existit, quamdiu sunt qui ab hostibus eam vindicant Deique bella gerunt. Quemadmodum uero En. PFAFFIUS mirum in modum, ut diximus, CLERICI consilis delectatur, tum ubique de pace paugenda similes atque ille sermones format quo ref-

referendum est quod p. 216. parum considerate scribit: cum alias hæresin esse, crimen principium Romanense ferat, se hæretificinam inter crimina referre. Nec est, pergit, qui facile hoc spectrum amplius metuat, succedit jam hoc seculo liberior gens (atque utinam non tam libera esset!) quæ frena superstitionis mordet, & ad clamores hæreticum cachinnum tollit. Nemo uero est hæretifex quis apit &c. Num hæc proba & orthodoxo theologo conueniens oratio sit alli judicent. Nam si dicendum quod res est, ARNOLDO & THOMASIO accedere uidetur. Primum in eo reprehendi poterit celeberrimus vir, quod injustam illam impiamque hæretificinam, cum justa Deique uerbo conspiranti errores refutandi ratione, confundit; deinde quod omnes de hæresibus disputationem intra uana spectra numerandam, adeoque inanem, irritam, male sanam planeq; ex ecclesia exterminandam, putet. continuat Dn. PFAFFILIS p. 217. non est quod ajas te amice saltim cum dissidentibus conferre ueritatemque illis persuadere uelle. Neque enim contradicentibus disputationibus ueritatem mentibus ingeri uidemus, semperque est in litigio theologico quantumuis amico quod uenias urit, hinc utique prestat gliscientia iurgia bello modo statim componere & in partu suffocare (modo ne ueritas ipsa simul suffocetur) quam pati ut in flammam erumperent, que nunquam sine scandalo surgunt. Uix poterat periculosius consilium ab iis proficiisci, quies in animo est doctrinam omnem pessimum dare. Facillime hoc modo dissidia dirimi posse fateor; Sed quomodo? veritate nimur succumbente. Disputationes tanquam arma ueritatis si sustuleris, ueritatem ipsam tollis; rursus si illas texeris, hanc simul proteges.

4um est. *Institutiones Theologia dogmatica & moralis*, ubi utraque in unam massam jacta & post habitis tantisper, quæ ueritati tantopere nocent, secta præjudiciis auctoritatisque studio nimio proscripto ad revelationis divinae trutnam, haut neglectis, quies gaudemus, libris symbolicis, res fidei morumque ita exiguntur, ut adspersa simul dogmatum historia ostendoque litium, que ecclesiastica Christi scindunt, momento, resecetisque logomachiis ad solidam rerum divinarum cognitionem & ad pacem ecclesiasticam, maxime uero ad mentes diuinolumine tangendas, uiridaque uirtutum Christianarum praxi imbuendas, uia paratur Tübinger 1719, 4.

5um est Näherer Entwurf von der Vereinigung der Protestantirenden Kirchen Regensb. 1720.

6um Nöhtiger unterricht von den zwischen der Römischen und denen Protestantischen Kirchen obschwebenden Religions-Streitigkeiten aus der gesunden Vernunft, der Heiligen Schrift und dem Gottseligem Altherthum, zum allgemeinen nutzen, Unpartheyisch ausgefertiget.

E

7muna

7num Alloquium Irenicum ad Protestantes, ubi qui in diuersa hactenus abiere sacra, ut veritate & amore ducibus Deoque & evangelio & communi Christianismi lege & summa presentium rerum necessitate ita postulantibus dextras fidemque uel tandem jungant pacemque ecclesiasticam pangant, monentur, Ratisbonæ 1720. Huic alloquio, ex recensione der neuen Zeitungen von gelehrten Sachen auff das Jahr 1721. Lepz. den 28. Mertz, celeberrimus CLERICUS suum hocce judicium, nescio an satis accuratum, adjungit: esse scil. admonitiones istas laudandas, fundatas, dignasque quæ cum a Principibus quorum inter sit, tum a theologis etiam atque etiam expendantur: sed tam arduum ac graue opus, ab effeminatis abjectisque animis omnium Protestantium utilitatem non spectantibus, nunquam perfectu n iri. Hic CLERIUS uidetur id agere, ut Protestantium huc usque dissensus protracti culpari in nostratum theologorum langnorem, remissionem animumque abjectū transferat: sed cum pace uiri, quod dicam, hæc gratis dicit; quis enim est qui fidei & animorum unionem nostratis cupiat ardenter. temporum utique pericul, dissentientium minas, rei necessitatem uident: summopere student, quo fiat magis, valere eos jubent, qui lites ac dissidium inter ipsos uolunt, at justam, & ueritati uoluntatique diuinæ accommodatam pacem expostulant, quam si aduersariorum obstinacia non impetrant, quomodo a se ipsis quæsto impetrant, ut inimicam amicitiam, intutam pacem, discordem denique concordiam amplectantur?

8um. Dissertat. irenica de influxu dogmatis in communicatione Idiomatum utriusque naturæ in Christo praxin fidei & pietatis quanto & quali Tbingen. 1720.

9num. De eo quod justum est circa imputationem consequentiarum Theologicarum, si de astimio errorum Theologicorum ex consequentiis legitimis inde profluentibus ibid. 1720. Prodit quoque nuper Ratisbona simile quoddam scriptum cuius & ipse hic Dn. PFAFFIUS dicitur nec obscure colligitur auctor esse: inscribitur. Friedfertige Anrede an die Protestirende &c. in his plagulis auctor non minus atque in der Unterredung von der Göttlichen Gnade, Prædestination, und haupt Grund-Articeln des Christlichen Glaubens it, in der Leerreichen und sttlichen Gottsgelahrtheit, omnes suas curas in eo fixas ac locatas habet, ut tot suspiriis notisque jamdudum expetitam ecclesiae reducat pacem: cui judicium summè reverendi Dn. D. BUDDEI in coll. historia Ecclesiastica MSC. non adeo incautum reponimus, ita ille: Es uuare zu uuunschen das eine Union möchte zu stande gebracht werden: Denn es ist gevviß dass die vielfältigen heftigen Streitigkeiten uiel böses nach sich ziehen, und uiel gutes hindern, aber ob solches practisabel sey uuie Da PFAFF meinet, ist eine andere Frage. Nach meinem einflältigen

fältigen Rabt halte ich das ambesten, dass man alles liesse in statu quo, aber die Menschen ermahnte mit grösserer Glimpflichkeit una moderation die Controversien zu trahieren, denn obgleich keine union erfolgte, so könnte doch viel böses unterbleiben, und das ist das sicherste und Christlichste mittel dass ein jeder die Wahrheit recht fasse, recht behalte und hernach mit Glimpf davon rede.

§. XII.

Hæc consilia PFAFFIANA irenica ansam & occasionem sub ministris runt, viro immortaliter merito de ecclesia Euangelica puriori, Theologo Gothano, summe reuerendo Dn. D. SALOMONI ERNESTO CYPRIANO, ut literas, ad Dn. D. PFAFFIUM dederit dissuasorias, Gothæ XXI. Jan. 1720. novis literaris Lipsiens. anno superiori insertas, unde eo lubentius potiora argumenta transcribemus, quo digniora sunt, quæ quilibet orthodoxæ addicetus, in promptu ac parato habeat. Suntq[ue] Sequentia:

1.) Quia si ante discentientium depositos præcipios errores cum iis in unam ecclesiam coiremus, ueritatem religionis nostræ & civilem posteriorum nostrorum securitatem turpiter proderemus.

2.) Quia agnoscente Dn. PFAFFIO, Reformati non leviter sed grauissime errant, ac de testamento ne quidem Christi idem nobiscum sentire uolunt.

3.) Quia Reformati decempeda rationis palmaria religionis capita metiuntur e. g. doctrinam de trinitate & persona Christi, decretis divinis &c.

4.) Quia Reformatorum non est una confessio, neque adeo sciri potest, cum quibus pax sit ineunda.

5.) Quia admissa unione innumeræ simul controversias capitales in domū nostram recipemus, aut sub reformatæ religionis prætextu fraterno amore complectemur innumerabiles Socinianos & Arminianos in Anglicana Reformatorum ecclesia & toleratos & publico sacrorum ministerio adhibitos.

6.) Quia nec ulla pacis, utilitatis aut securitatis spes suadere potest hanc diuersissima sentientium coitionem: etenim quod Dn. D. RECHENBERGIUS Lipsiae in ptandio a landatissimo Borussia Rege FRIDERICO Imo, ad procurandam unionem protestantium sollicitatus, respondit, uereri se, ne pacis conciliator e duabus quatuor ecclesiæ faciat, idem nobis euenturum, quamdiu fraternali amoris columen nimbrum ueritatis in præcipuis capitibus cognitio professioque ingenua in Reformatis desiderarentur.

7.) Quia fatemur quidem & experimur quotidie *indifferentismi* pestem, qua pragmatici homines magnam partem nunc perbelle afflantur, irenica consilia hodie, multo quam olim fuerunt, expeditiora reddidisse: sed an nihil credendi ars fida regni Christi administra futura sit, deceatque via veritatis

tatis & uitæ imitatores, pacem, quam mundus dare non potest, auxilio mun-
danæ, non cœlum sed terram unice respicientis sapientiæ, consequi uelle, ipsi
irenici l. doctores judicatueros.

8.) Quia Cleri Romanensis ea est rabies, ut non sinat Protestantes politicanæ
unionem negligere, ad quam firmandam nihil aut parum positum est in reli-
gionum consensione.

9.) Quod a Calvini placita sequentibus theologis, ecclesiæ nostræ non
securitatem sed ingentem cladem ominamur, obtenu coitionis hoc facilius
contrahendam, quo negligentiores sumus in considerandis præteriorum tem-
porum historiis.

10.) Quia una sella duos sessores non admittit, atque ubi hodie in imperio
Romano Reformatus sedet, loco motus Evangelicus.

11.) Quia Roformati, qui ipso SCULTETO narrante anno 1580. quo
formula concordiæ publicata est, duas tantum ecclesiolas in imperio Romano
habuerunt Bremæ & Neostadii, multas jam cathedras Evangelicorum, multas
curias multas aulas nunc possident & moderantur.

12.) Quod tanto odio in Lutheranos ferantur Reformati, ut ne unum qui-
dem eumq; Juris Professorem nostræ religionis, in Oderana academia tolerent.

13.) Quia tantum abest, ut nouum ingenium aut æquanimitatem Roformati
induerint, ut potius quotidie in nos iniquiores euaserint: probat hoc exemplo
MIEGII, qui se usque in nostros æquos fore pollicitus, ex eo tempore magis
quam antea fimbrias suas dilatare quæsuit.

14.) Quod ab ipsorum majoribus omnia nostris ademta, redditum sit nihil.

15.) Quod, dicente VEGETIO, pacis simulatio interdum plus noceat,
quam aperta inimicitia.

16.) Quia si nihil præter fidel communionem quererent, & si putarent
nos non errare in fundamento, non utique negascent nuper se nobiscum cele-
brare poss jubilæum, quod tamen fecerant ante annos centum, cum nulla spes
pacis affulisset.

17.) Quod nemo nec ipse autor ab ecclesia in mandatis habeat, ut quod
toti ecclesiæ fraudi sit, admittat.

18.) Quia totum hoc negotium temporis DEoque committendum est, a
quo omnia hominum consilia dependeant.

S. XIII.

Hæc fuerunt incomparabilis CYPRIANI nostri adversus Dn. DA
PFAFFIUM exhibita argumenta, tanti utique ponderis ac ualoris, ut ne a for-
tissimo quidem aduersario cum fundamento in dubium vocari possint. Ni-
hilo

hilo tamen seclus ad elegantissimas hasce literas Cyprianaas responiorias nontam dedit apologeticas, quam dare conatus est d. 2, Febr. hujus anni in quibus Dn. PFAFFIUM, verba satis pro autoritate, argumenta infra ~~at~~ posita quilibet a partium studio liber, uiderit. Misso jam doctissimo ac celeberrimo Nostro PFAFFIO me confero ad, Dn. TURRETINUM, uirum clarissimum, PFAFFII locum & administrum conjunctissimum. In omnibus enim scriptis dogmatibus & consiliis tam illi uidetur similis, ut operas tradere mutuas, unoque ore loqui, facilissimam praebant suspicionem. Eddidit anno 1720. librum s. r. Nubes testium pro moderato & pacifico de rebus Theologicis iudicio & instituta inter protestantes concordia: premissa est brevis & pacifica de Articulis Fundamentalibus disquisitio: quo ad protestantium pacem mutuamque, tolerantiam via sternitur. Auctoris utique humanitas & ingeniosa eruditio, suo ex pretio ponderandæ sunt. ipsum scriptura, si faciem externam spectes, uideatur esse quantius pretii, & est sane perspicuo & eleganti orationis filo contextum; internam uero faciem, h. e. argumentum ipsum si expenderis, parum orthodoxæ puræque ueritatis complectitur, quid? perlegenti apparebit, quæ jamdudum ab improvidis religionum conciliatoribus syncretistis in medium sunt allata, nouo uestita habitu nouaque facie colorata, denuo prodire. Nonnulla minus emendata, quæ perlegentibus nobis obuenere, exhibebimus, de quibus ad animum reuocatis, reliqua sine ullo negotio tanquam ex ungue leonem poteris aestimare.

In p̄f. pag X. & passim rectam, rationem eodem, nisi mojori loco, quo uerbum diuinum (quia illam huic anteponit) habet, inquiens: uerum tamen non desunt principia, quibus ad rectam ejus intelligentiam perueniatur si modo deponantur partium studia, preconceptæ opiniones & ex solis NB. RECTÆ RATIONIS & uerbi diuini luminibus res iudicetur conf. pp. 15. & 55.

Eadem p. & sequ. XVI. quod obseruat dignum est, prodit, sibi cum Dn. PFAFFIO intimam intercessisse amicitiam, ut in concertatione de contradictionibus (aliquae forte) nullo sententiarum, sed expressionum discrimine diuisi (uerba sunt ipsius PFAFFII p̄f. primit. Tbingens.) speciem tantum pugnæ uisentibus præbuerint.

Tractat. p. 12. calumniatur, analogiam fidei pro synonymis cum systematis theologicis haberi, quo Lutheranos uidem ferire intendit, sibi uero suisque pessimam de se opinionem conciliat: euoluat uero reformatus prius compendia theologica Lutheranorum, ibi enim quid sit fidel analogia discet, dein credo sapienter judicium de systematibus nostris feret.

p. 14. Symbolum Apostolicum carpit. Haut inuiti largimur, nondic hoc

hoc Symbolum Apostolicum formaliter sed materialiter : reliqua quæ forte ad sunt dubiola diluit B.M. DAVID HOLLAZIUS in Examine Theologico Prolog. II.
Quæst. 25. p. 59. satis quoque reformatæ, hoc est inorthodoxe & maligne dicit: *Scopus* (ex mente auctoris unius) religionis est, reverentiam ac amorem Det animis nostris ingenerare, nosque ad certa officia impellere. Hem ? quis ita doctissimum virum docuit ? num præceptores ? cum eo errantes culpa vocare non possunt : an uero scriptura ? minime omnium : quippe quæ religionem uel scripturam sacram (quas autor p. 3. eodem fere inquit recidere) omnem eo collimare coque spectare docet, ut præter amplificandum DEI gloriam, in Christum ejus filium unicum mediatorem credamus, ejusque merito audie accepto, in pristinum gratiæ restituamur locum : hoc est, ad æternam beatitudinem adspiceremus : quid enim, bone DEUS ! si unicus religionis nostræ scopus gloria DEI, sanctitatisque incitatio est, quænam inter naturalem & reuelatam religionem intercedit diuersitas ? quomodo nostra a paganorum distinguitur ? Temere quoque auctor hoc falso nitens principio hanc constituit sequelam : quæ ueritates ad scopum illum maxime faciunt, sunt maxime momentosæ quæ autem uel nullatenus, uel parum admodum ad finem illum (sanctitatem scil.) referuntur, ea procul dubio minoris momenti extimanda. neutiquam enim articulorum grauitas & magnitudo ex illa, quam ad sanctitatem, sed lolummodo quam ad fidem ac salutem æternam relationem habent, metienda est. Denique per totam hanc disquisitionem sincere haut agit dum articulos fundamentales quibus totum de pace & fiducia ianiti dicit non fidei sed religionis articulos nuncupet, cur fastidit vir clariss. meliorem istam in articulos fidei fundamentales & non fundamentales distinguendi modum ; cum tamen omnis de DEO doctrina uera ac genuina a fide depende at, & unum quodque doctrina caput eo magis palmarium ac augustius sit, quo propius a fide distat, unde enata quoque Theologorum distinctio inter articulos fidei fundamentales qui antecedenter, & qui consequenter fundamentum fidei attinguntur. Ex his inquam & reliquis, quid de sinceritate noui hujus syncretistarum putandum sit, facile dijudicabitur. Possem adhuc plura & fortasse grauiora ex illo producere : possem & alios, cum eo qui sentiunt, recensere, in iis illustrem LEIBNIZIUM, qui in datis ad TURRETINUM literis 17. Octobr. 1707. de concordia negotio sic scribit: J' ay toujours etè d' opinion & je l' ay même marqué des ma jeunesse, que la Réunion de deux partis Protestans paroisoit tres faisable pour rapport a ceux qui admettent la grace universelle, comme font les Theologiens de Brandenbourg & qui ont les sentimens de Calvin sur la perception réelle.

reelle. Il est urai que le contronverse sur la grace uniuerselle , me paroit resenir
a une question de nom si on l' epluche comme il faut, par consequent ne doit
point arreter. Quū autem prolixionribus nobis esse non liceat, laboribus nostris
coronidem imponimus, quæ examinanda superessent, in aliud tempus reser-
vatur.

At tu summe DĒus fac illucescere tandem
Optatos pacis , uah ! sine fine dies.
Conjunctis conjunge animis conjunge fideles
Alter in alterius brachia juncta blanda ruant.
Ingentes passim, tempestatesque sonoras
In portum Christi , pertrahe SUMME ratem.
Tristia Dippelii fac persentiscere fata
Qui tua crudeli labe sacrata notant.
Dippelii quem læsa fides uiolata majestas
Damnarunt tenebris (terreor ipse) suis.
Dippelii cui uera fides & pristina fordent,
Carcere in Holmiaco quem sua uincia premuunt.
Errantum conuerte animos , conuerte labentum
Vertere qui potis es, qui reuocare uales.
Ipse reformatos ui conuincente reforma
Sit ut amica cohors , fit ut & una fides.
Sicque Protestantes animis ac corde ligatos
Præsenti dextra protege, sicque cole.
Serua homines errore puros uerique tenaces
Temporibus lætis, fac animisque frui
Sit pietas uerique comes fideique ministra.
Regina & princeps fit maneatque fides.
Germani, Germana fides Germania uiuant
Imperio CAROLI CÆSARIS atque DEI.

F I N I S.

AD


DN. RESPONDENTEM AUCTOREM,

Ob pietatis constantiam,
 Doctrinæ præstantiam,
 morumque elegantiam
 Sibi Commendatissimum,
 Compellatio
 PRÆSIDIS.

Bina fere excurrunt, Optime KOHLI, semestria, ex quo Castalides Tuas meis Musis, vel adaugendas vel promovendas, dedisti dicatas; Quumque non μισθίωσο, sed Φιλόμυσο ad me accessisti, ἀφθονες καὶ ἀνεγύμνας μητῶν θύρας, candidas vel invidiae expertes, apertasq; Musarum januas, non potuisti non experiri. Cessit mihi præterea hoc tuum institutum eo majores in delicias, quo insigniori animi voluptate, in Collegiis meis literarum fervorem cum animi candore observavi coniunctissimum. Utriusque non tantummodo Sectatorem verum etiam posse possem Te factum, præsenti declaras specimine; summam quippe redolet industriam labor in hanc Disputationem insumtus, improbus & adsiduus; haud infucatum pariter animi candorem testatur laudatissimus Zelus, τῆς ὁροθολίας interpres, in debellatis tenebrosissimis aduersariis, Libertinis, pietissimi infelici conceptione & parturitione, nemini non heic expositus. Altum ingemisco, ac dolenter apud summum rerum Arbitrum deplore, de calamitatibus, ecclesiam JESU nimium quantum prementibus, o si nunquam obpressuris. Quo quo versus me converto, bovatim buccinant buccinatores infernales, intempestivi irenici doctores, in caetū DEI factiones. O tempora, o mores! COLE Deum, CALE labribus, DOLE seculum, donec præsentia mala transierint. Rom XVI. v. 20. Ο Θεος της εἰρήνης συντρίψει τὸν Σαλαβᾶν υπὸ τὰς πόδας ἡμῶν εἰ τάχει! Vide, & huic fidei. Dab in museo d. 20. Junii A. O. R. M. DCC. XXI.

Peculiari S. R. Facultatis Theologicae indulgentiæ acceptissimum referimus, licuisse nobis hinc illinc theologica quædam huic Schediasmati inspergere, exigente id rerum heic contextarum connexione ac transitione. Sancte pollicemur, nil nobis gratius futurum, quam olim hocce beneficii genus posse demererri.

— (o) —



DE HODIERTNA SENTENDIENDI LIBERTATE.

conf. ARNOLDI Kirch- und Ketzer Historie, tom. II. Lib. XVII.
§. XI.

peregre hinc absunt duo hodie grauissimi theologi, irenici docto-
ri, alter in Germania Lutheranus, *illustris Tubingensis Cancellarius*
RISTOPHER. MATTH. PFAFFIUS, peregrinationibus, erudi-
t, uariisque scriptis inclutus; alter in Heluetia Reformatus, cla-
ologus Genevensis Dn. JOH. ALPHONSIUS TURRETINUS.
cripta protulit In lucem quæ ad pacem non tam inter Pontificios
os quam Lutheranos & Reformatos, pangendam faciant.
ni fallor est dissertatio inauguralis de litibus in articulo de gratia &
me ab initio Ecclesia usque ad nostra tempora obortis 1717
de uitijis eorum qui sacris operantur & medela rebus heic adhi-
c primum edita deinde in 719.

The image shows a grayscale test chart titled "HARTBLEI" placed over an open book. The chart includes a ruler scale from 0 to 50mm, several sets of black bars of decreasing size, and a central section with numbers 1 through 6 and smaller numbers -1, -2, and -3. The book below is an old Latin manuscript of Cicero's "Parrhasianis".

De originibus Juris ecclesie
n editio paratur. In
es constitui monet doc
ius ac rixis alieni sin
Parrhasianis Tom
tiere de religione.
clesiasticam uo
s secum deosse
l'on ua étud
acifiques, or
& la pa
eroit
demie
part
De
em intu
enim animu
ueritati inimicos
quis negaverit? nifi
ti, uirtuteque pugnandi u
ute juuentuti præsist: quos uel
tere, penitus uero
enim illud viderit,
petus frangi retundi
? homines ueritatis
excubantes denique pro
tere, ueritatem ipsam fo
tere. Tamdiu enim ueritas salua &
columnis existit, quamdiu
hostibus eam vindicant Deique bella gerunt. Quemadmodum uero
IUS mirum in modum, ut diximus, CLERICI consiliis delecta
uique de pace paugenda similes atque ille sermones, format quo
refeo.

